


XV E
725





[Caillaut et Martineau] Pièce	1.	Daunou	1204	- Pellechet	
	2	–	1181	–	2629
	3	–	295	–	4079
– [Caillaut et Martineau]	4	–	1199		
	5	–	978	–	4964 A
	6	–	977	–	4867
	7	–	1184	–	3510
	8	–	omis. (v. autre ex. [757] 391	–	
	9		122	–	

¶ Tractatus breuis domini Bonaducture de modo se p̄parādi ad celebrādū missam.

Ad honorem gloriose ac indiuidue trinitatis et excellentissimi sacramenti scilicet corporis ⁊ sanguinis preciosi. Jesu christi describā tibi formam per quā poteris leuiter manuduci ad cōtēplationē tanti misterij. ac cōgrue disponi ad eius perceptionem. Quā nō raptim strepitu verborū legere. sed eius sensum efficaciter cordi imprimere debes ex intimo affectu singula queq3. vel in toto vel in parte prout sonant solicite ruminare.

¶ Pr̄io accedēdo ad mēsā celestis conuiuij iuxta apostolū. p̄ba te ipsum et diligēter examina cū quanta fide et quanta caritate/ in quali proposito/ et propter quid accedis. Attende igitur hec quattuor singula per se.

¶ Quam fidem debet habere sacerdos circa veritatem et essentiam huius sanctissimi sacramenti.

Igitur Primo vide quā fidem debes hr̄e circa hoc sacramētū. Credere enī firmit̄ debes. et nullatenus dubitare scd̄m q̄ docet fides catholica q̄ ī hora expressiōis v̄borū xp̄i/ panis materialis et visibilis aduenīēte mirifico ⁊ celesti pane velud creatori honorē deferens/ locum suum scilicet visibilem speciē accidētiū p̄ ministerio ac sacramētali seruitio relinq̄t. quo desinēte eē miro et īeffabili mō in eodē īstāti ista sub illis accidētib⁹ v̄acit̄ existūt.

¶ Primo illa purissima xp̄i caro ⁊ sacrū corpus. qd̄ fabricāte spū sācto fuit tractatū de vtero gloriose virginis marie. appēsum in cruce. positū ī sepulcro ⁊ glorificatū ī celo. Scd̄o quia caro nō viuit sine sanguine. ideo ⁊ necessarius est ille sanguis preciosus. qui feliciter emanauit ī cruce pro mūdi salute. Tertio cū nō sit verus hō absq3 aīa rationali p̄pterea ē ibi illa aīa xp̄i gloriosa. excedēs in gratia et gloria oēm virtutē gloriā et potestatē. ī qua repositi s̄t oēs thesauri diuine sapiētie. Quarto

q₂ xps e verus de⁹ et verus hō ideo cōsequēter ibi est deus i sua maiestate glorios⁹. Hec oīa quattuor simul et singula tota simul sub spēb₉ panis ꝛ vini pfecte cōtinent. nō min⁹ in calice q̄ʒ in hostia nec min⁹ in hostia q̄ʒ in calice. nec in vno defectus supplet alteri⁹ / sed in ambob₉ inuit misteriū de quo ē grādis sermo. ¶ Sufficit aūt credere xpū deū et hoīeʒ sub vtraqʒ cōtineri specie. cui et assistit angeloꝝ frequētia ꝛ sanctoꝝ psētia. Uide q̄ʒ pulchre xps sub his duab₉ speciēb₉ tantū cōtinetur. Pmō q₂ panis ꝛ vinū optimū sūt nutrimētū toci⁹ hoīs. Nam panis nutrit corpus siue carnē. et vinū transit in sanguinem / qui est sedes aīe. ¶ Scdo q₂ vs⁹ eoꝝ cōmunior et principalior est ac mūdior ꝛ minus fastidios⁹ habet ideo puritas refectiōis spūalis optime p ista significat. Tercio q₂ optime figurāt corp⁹ et saguinē. Nā panis significat corp⁹ illud trituratū molitū ꝛ passū i passionib₉ decoctū et assū i igne diuini amoris in camino et ara crucis. ¶ Uinū vero significat saguinē qui de vua scʒ xpi corpore est in torculari crucis pressus. ¶ Quarto pulcre significat corp⁹ xpi misticū / scʒ ecclesiā collectā ex multꝫ fidelib₉ predestinatis ad vitā. sicut ex multis granis et racemis conficitur panis et vinū. referendo singula singulis. Cum ergo accedis caue ne dubitando vacilles. ꝛ tanq̄ʒ cecus manu tentās baculo arundineo / scilicet argumētis naturalib₉ et rationib⁹ humanis querendo quomodo ista fieri possunt. sicut quondaʒ iudei litigabant et quidam discipuli abierunt retrorsum. ¶ Sed subice teipsum et captiua mentem tuam sub iugo fidei quam tantis testibus roboratam vides. ¶ Quid eniʒ dubitationis de hoc sacramento remanet quod a christo tam expresse traditum ab apostolis predicatum a sanctis patrib₉ ortodoxis tot cētenarijs ānoꝝ frequentatū. tantisqʒ cerimonijs ꝛ miraculis / pdigijs ꝛ obseruātijs. q̄si testimonijs palpabilib₉ cōfirmatū vides. Tolle h̄ sacramētū ab ecclesia ꝛ qd erit i mūdo nisi error ꝛ ifidelitas. ꝛ popul⁹ christian⁹ q̄si grex porcorum dispsus. ꝛ ydolatrie dedit⁹ / sicut expresse p₃ in ceterꝫ infidelibus. ¶ Sed p hoc stat eclesia: roborat fides: viget christiana religio. ꝛ diuin⁹ cult⁹. ¶ Uñ inq̄t xps. Ecce ego vobiscū

sũ vsq3 ad cõsumatiões seculi scilicet ĩ hoc precioso sacramẽto postea etiam notare debes q3 sic decuit corpus velatum nobis dari. ¶ Quid enim valeret fides tua si christus in propria forma tibi visibilis appareret. Certe coact⁹ eũ adorares / aut quomodo carnales oculi tantam gloriam ferre possent? Quis vero insipiens dicat vt carnem crudam vel hominis cruorẽ in sua propria forma comedere vel bibere possit? Recedat ergo oĩs dubitatio / q2 sicut olim diuinitas ĩ vtero virginis latuit: et filius dei sub humane carnis vel anime. visibilis mundo apparuit / sic glorificata humanitas diuinitati coniuncta sub forma panis diuinitati vnita latet vt nobis mortalibus sic apparere possit vt fides nobis prosit:

¶ Cum quali proposito ⁊ dispositione debet sacerdos accedere ad tantum sacramentum.

Secundo proba teipsũ

cum quali proposito et dispositione accedis. discute et reuolue conscientie domum / et vide ne forte sit intus aliqua turpitudo vel macula in mẽte vel in carne qua offendi possint oculi eius qui est sanct⁹ sctõꝝ. ¶ Prio ergo rediẽs ĩtrorsus ad iniquitatẽ tue mẽtꝫ cõsidera quãta mala ab ineũte etate ꝯmisisti / quãta bona neglexisti q3 breuis vita / q3 ĩcerta mors / q3 lubrica et periculosa vita hui⁹ tẽporis / maxia aũt pena infernalis: ne forte (quod absit) post p̄cedẽtẽ cõfessionẽ et penitẽtiã aliquod sit ĩnte mortale peccatũ. vel peccãdi propositum / vnde mortua sit misera anima tua. ac p hoc a radice christi ⁊ ecclesie abcisa: q2 ille vnic⁹ panis et diuin⁹ cibꝫ nõ patrat influxũ vite: nec ĩ nutrimẽtũ abcisis mẽbris ⁊ mortuis (teste scriptura dicẽte) In animã maliuolã ñ intrabit sapiẽtia / nec habitabit ĩ corpe subdito peccatꝫ. Vñ a talibꝫ sumit̃ sacramẽtũ: et nõ res sacramẽti iesu cristi. gratia. et diuinitas caritatis eius. Comeditur gustu sed ñ reficit spiritũ. vadit ad ventrẽ sed nõ ĩtrat mẽtẽ3 // deglutit̃ tanq3 a bruto sine sui lesione et non viuificat animã. nec ĩcorporat eã sibi neq3 vnit s3 poti⁹ nausea cõpellẽte talẽ ip se xp̄s euomit velut cadauer putridũ bestijs ⁊ auibꝫ deforãdũ

cum scilicet infelicem animam tradit satane cruciendam. sicut deniq de iuda scriptum est. Quoniam post bucellã introiuit i eum sathanas. Quapropter si talibus sis laqueatus: caue ne p aliqua causa vel necessitate absq debita contritione et proposito penitendi et ↄfessione premissa accedere ad altare p̄sumas

¶ Quia horrendum est incidere in manu dei viuentis. Sed heu quot sunt hodie sacerdotes miseri. et sue salutis inprouidi / qui christi corpus in altare velud carnes pecudũ mãducant. et inuoluti ac contaminati abominationibus / de quibus dicere fas nõ est sceleratis manibus et polutis labijs cõtingere non verentur et osculari filium dei et marie virginis. Uerum si hoc sacrificium suscipit deus. audeo dicere mẽdax est reputandus. et socius peccatorum. In super quod deterius est ad tantam peruenerunt temporibus istis peruersitatem et stultitiam quandam. vt putant infelicissimi sua scelera et imũditias peccatorum que quottidie operãtur et iterare pponũt absq penitentia et ↄfessione p sacram ↄmunionẽ quottidie celebrantes expiare. Tales non sunt sacerdotes. sed sacrilegi ñ xpiani. sed heretici. Profecto si fidẽ rectã haberẽt: aut peccare timerẽt: aut a celebratione cessarẽt. Scdo nõ solũ mẽtꝫ / sed et corporis est mũditia attendẽda. ideo caue ne inmundus accedas. Nec tantum dico de inmũditia volũtaria que mortalis est. sed etiam de nocturna siue casuali macula que impedit celebrationem vbi non est magna necessitas vel iussio precepti. Ubi ergo predicte euenerint macule in quib9 non dederis occasionem vel causam per precedentem cõcupiscentiaꝫ. vl' inordinatã crapulam. neq secuta est notabilis mentis inquinatio per reminiscentiam vel illusionem fantasmaticam carnalium credo qꝫ accedere poss's. saluo meliori iudicio maxime si singularis deuotio ratione solennitatis vel alteris te traherent ad celebrandum. Custodire etiam debes pudiciciaꝫ manuũ quãtum potes / et omnium menbrorum tuorum puritatẽ. Unde tibi ↄsulo vt preceteris hominibus omni tempore. maxime dum missa celebratur: caueas ab omni tactu nõ solum turpi et imũdo qui fit sine peccato: sed etiam a quolibet indecenti et inquinatiuo. et te totum recolligas: vt ne actus / nec cogitatio ad ali

quid aliud dispergatur. et in super curam habeas diligentem de mundicia et nitore paramentoꝝ altaris / et sacroꝝ vasorū. vt cum omni honore et diligētia tractetur ille qui est angelis et archangelis tremendus et honorandus.

¶ Cum quanta caritate et quanto feruore debet quis accedere ad hoc sacramentum.

Tercio Proba te ipsū ꝛ quāta caritate. et quali feruoꝛ accedis. Nō solū enī mortalia sꝫ etiaꝫ venialia peccata per negligētiam et ociū mltipli cata. et etiā p icōsiderationē ac per idistinctionē dissolute vite et male cōsuetudinis licet nō occidāt animam. tm̄ plerūqꝫ reddūt hominē tepidū grauem obnubilatū et indispositum ac ineptum ad celebrandū nisi dicti pulueres et stipule venialiū m per affiatum spiritus et flamā caritatis ventilentur et cōsumātur exardescente igne cordis ex consideratione proprie volūtatis. Ideo caue ne nimis tepidus et inordinatus accedas. sed veneranter circūspecte et ꝯsideranter Unde apostolus. Judiciū sibi māducat. ꝛc̄. Qd̄ apertius insinuat cū sbdit. Ideo int vos multi ībecilles. supple p̱ fidei īcōstantiā et īfirmi scꝫ graui peccato et morbo sauciati. et dormiunt multi per torporem et desidiā. O q̄ꝫ graues angustie me vndiqꝫ affligentes accedere indigne horrendū iudiciū nō accedere ex notabili negligentia vel cōtemptu dānabilis culpa. ¶ Nam cū sacerdos ē absqꝫ mortali peccato. et in proposito bono non habens legitimum impedimētū nō ex reuerentia sed ex negligentia celebrare omittit. tunc q̄ꝫtum in se est: priuat trinitatem laude et gloria et angelos letitia peccatores venia: iustos subsidio ꝛ gratia. in purgatorio existentes refrigerio. ecclesiam christi spiritu ali. et se ipsum medicinali remedio contra infirmitates et quotidiana peccata. Qꝛ sicut dicit ambrosius. quocienscunqꝫ effūditur corpus xp̄isti. in remissionē peccatorum effunditur. Debeo enī semper illam accipere vt michi sp̄ peccata dimittātur. qui semper pecco debeo sp̄ habere medicinam. Itē priuat se talis oīb3 bonis ꝓueniētibus ex sacra ꝯmunione que sūt peccatorū remissio / fomitis mitigatio / mentis illuminatio / interioꝛ refectio xp̄i et corporis ei9 mistici īcorporatio. virtutū ro

boratio/ contra dyabolum armatio/ fidei certitudo. eleuatio
spei/ excitatio caritatis/ augmentatio deuotionis/ ⁊ consũma
tio angelorũ. Item non complet sibi iniunctum magne digni//
tatis obsequium. nec officiũ exercet debite seruitutis dei. Et
tamẽ scriptũ est. Maledictꝰ homo qui opus dei facit negligẽ
ter. Item cõtemnit dei preceptum de obseruatione huiꝰ sacra
menti. Item christus cõminatur. Nisi mãducaueritis. ⁊c. Itẽ
abiicit viaticũ sue peregrinationis. exponẽs se periculis mor
tis: qꝫ nisi receperit alimentum corporis xpi et vegetationeꝫ
vite efficit sicut aridum mẽbrũ qḋ nõ transmittit nutrimẽtum
corporale sibi. Ultimo quantum in se est euacuat diuinũ cultũ
⁊ latriã creatori debitã. sicut igratꝰ de beneficijs dei. Unde
numeri. ix. ca. Si quis mundus est scꝫ a mortali peccato et in
itinere nõ fuit siue aliter impeditus. et tamẽ nõ facit phase ex
terminabitur anima illa de populo suo. qꝫ sacrificium non ob
tulit dño in tempore suo. Ergo quantũ potes toto conatu per
exercituꝫ boni opis lacrimarũ cõtritionem. et deuotionis fla
mam expelle a te omnẽ torporẽ et negligentiam ne inueniaris
respuere tantorũ carismatũ dona. Si autem vis accendi ad
amorem dei cõsidera tota mente ista duo. Primo illius sũme
caritatis incendiũ: quo sũma bonitas ꝑ te fetido vermiculo tã
patienter sustinuit crucis opprobriũ. Scḋo illiꝰ notabilissi//
mi corporis cibationẽ dulcissimã ac sanguis potionẽ ideo attẽ
das illã beatã mortem discuciens causã: Causa aũt nõ fuit nisi
necessitas nostre redẽptionis. Dĩs aũt lex ꝓpter lese maiesta
tis offensã iudicat offendẽtẽ rex mortis: Huius rei causa cum
peccatis exigentibus essemus rei mortis. ꝓ reconpensatione
tãti debiti miserans deus humane miserie et parcens nostre
morti ꝓuidit ⁊ cõcessit ꝑoribꝰ ꝑ hominũ morte cedẽ animaliũ
fieri ⁊ offerri sibi sacrificia placationis et hostias. vt quotiẽs
quis peccaret totiens esset pro eo necessariũ hostiam immola//
re. Que oĩa erant figure et vmbre. donec xp̃s caput humani
generis mitteretur viua et rationabilis hostia ⁊ absqꝫ peccato
ꝗ ꝑ oĩbꝫ hominibꝰ seipsum pro oĩm hominũ amore offerret ad
mortem pro nostre mortis redẽptione. Sed qꝫ non debuit
pluries mori. ideo ꝗ illa vna mors satisfecit pro omnibus pec

catis factis et fiendis: ideo suffecit quod illam hostiam sui corpo
ris quondam pro nobis semel inmolatam moriens relinqueret
quottidie a nobis pro residuis delictorum mistice offerendam deo
patri pro comutatione nostre mortis cui sumus quottidie ob//
noxii per peccatum. Unde augustinus. ¶ Iteratur quottidie hec
oblatio. licet xps semel passus sit pro nobis quia quottidie pec//
camus peccatis sine quibus mortalis infirmitas viuere non po
test. ¶ Et quia quottidie labimur quottidie xps pro nobis im//
molatur mistice: Propter hoc quidquid agitur in missa et omnes
ornatus et cerimonie nichil aliud representant nisi xpi passio
nem. ¶ Ob hoc super omnia est necessaria in missa mortis xpi me//
moria. Unde ipse xps mathei. xxvi. Hoc facite in meam commemo
rationem. Et apostolus ad corinthios tercio. Quotienscunque man
ducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunctia
bitis donec veniat scilicet ad iudicium. Cum ergo accedis dic ex to
to corde. Ecce celestis pater recolens illam mortem vnigeniti
tui. Offero tibi hostiam hanc quam ipse tibi obtulit pro mea et
totius mundi salute. Ecce ad altare tue maiestatis transmitte
oblationem viuam. quam tu in miseratione multa misisti ad al
tare crucis pro nobis immolandam. ¶ Recordare illius
sacrosancti sudoris quasi gutte sanguinis decurrentis in ter//
ram. ¶ Respice illam virgineam carnem verberibus cru//
deliter flagellatam/ sanguine cruentatam/ spinis perforatam
clauis confixam/ lancea vulneratam. ¶ Illa ergo pietas
que filium tuum traxit et vicit vt in statera crucis totius mun
di peccata liberares ipsa te cogat pater misereri nobis mise//
ris. ¶ Respice obsecro non nostra peccata sed in faciem christi tui.
¶ Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces
ante faciem tuam sed in multitudine miserationum tuarum.
¶ Secundo si vis ad amorem accendi et inflamari considera
illius sacri corporis cibationem dulcissimam. et vnde quam bonus et
suauis est spiritus eius in nobis quam cognata et vtilia prouidit pa
ter noster celestis viuificantia elementa. Quia enim rationalis
creatura ad hoc facta est. vt sit capax et particeps bonitatis et

ex hac participatione viuere et ad beatam esse peruenire de-
bet sine qua ad nichilum tēdit ex se. et ad mortem sempiternā
nisi per cibum viuificantem iugiter vegetetur ex participati-
one diuine virtutis et glorie quam participatione ideo come-
stionem voco. quia sicut corpus animalis per cibum viuificat
calefit et inpingatur. sic anima rationalis per spiritū xp̄i quo
frui debet pleno affectu et ītellectu nutritur vegetatur īflama-
tur et viuificatur. Et sicut angeli in patria pleno haustu bibūt
de perhēni et viuo fonte luminis / ꝛ sentiantur ab vbertate do-
mus dei. sic sapientia eterna prouidit vt rationales animas ho-
minum quas tam care redemit et per gratiam magnificauit ac
effecit similes angelis dei cibaret illo pane quo angeli nutri-
untur sine quo nec illi nec isti viuere possunt. ¶ Et hoc per ali-
quem modum conuenientem nobis paruulis. quia impossibile
est nobis comedere cuꝫ isto mortali corpore illum panem vite
in soliditate proprie forme scꝫ diuinitatis. Ideo vt comestibi-
lem nobis panem preberet sub forma conueniētiori scꝫ panis
et vini corporalis nobis dedit propter cōuenientē similitudi-
nem panis ad panem: et refectionis ad refectionē. vt sicut an-
gelos viuentes spiritus cibat verbo incarnato sic mortuos ho-
mines in carne viuentes cibat verbo incarnato in sacramēto
suscepto. Unde dictum est. Panem angelorum manducauit
homo. Et ego sum panis viuus qui de celo descendi. Iteꝫ no-
ta q̄ sicut est cura deo de corpore animalis cuiuscūq̄ prouidere
illi cibum cōuenientē. si cura est eidem de nutrimento sui cor-
poris mistici. q̄d est ecclesia / cuius filius dei est caput. nec aliū
de vegetari et viuere debet q̄ꝫ a capite suo. sed omnia menbra
sua: vnita ꝛ sibi inuicē coherentia in christo capite ipsius spi-
ritu et amore nutriuntur ꝑ hoc socramētū vnitatis et pacis.
Ac per hoc sicut non est vita corporꝫ absq̄ incorporatione ci-
bi ꝯuenientis. sic aīe rationalis n̄ est vita spiritualis sine cor-
poratione et īuisceratione huius cibi sp̄ualis sibi ꝯuenientis.
Un̄ inq̄d xp̄s: Qui mādųcat me viuet ꝑpter me. Hec est diffe-
rentia inter cibū sp̄ualē ꝛ corporalē. q: ibi cib⁹ comestus trā-
sit in substantiā et nutrimētū comedētis. hic vero comedens
incorporatur xp̄o et trāsit in vnitatem et amorem sp̄ūs christi

Ideo fuit dictum augustino. Non ego mutabor ī te. sed tu mutaberis in me. id est in mei similitudinem. scilicet bonitatē sanctitatē. zc. sic ignis carbonē in sui similitudinē ꝯuertit.

¶ Qualiter debet sacerdos se post hec disponere et preparare et in preparando se habere.

Quarto et ultimo proba teipsū ꝑpter q̄d vel ob quā causā accedis. et hic dirige aciē mentis tue ad duo principaliter: sc3 ad purū affectū z desideriū sacti. Scdo ad debitā ītētionē z propositū necessariū. Primo vide q̄d desideres. et caue ne forte propter auariciam aut timorē aut vanam gloriam aut ꝯsuetudinē vel alicuius mūdane ꝯplacentie aut temporalis fauoris causa3 accedas: sicut multi diebus istis accipiūt ad suam perditionem quod datur ad salutē: Ue ve dn̄e de⁹ quāti hodie īfelices ad sacros ordīes et diuina misteria accedunt nō celestem panem sed terrenu3 non spiritum sed lucrum querentes / non dei honorem sed suā ambitionē / non animaꝝ salutem sed questum pecuniarum non christo seruire mundo corde et corpore in suis misterijs: sed deliciari ditari superbire luxuriari de patrimonio christi et elemosinis populi ac ecclesiasticas dignitates ambiendo multis litigijs et simonijs potius rapiunt q̄3 assequātur non vocati a deo sed impulsi a dyabolo. Tu aūt homo dei dirige vota tua z desideria ad deum z vide quibus affectionibus et desiderijs trahi debeas ad sacra misteria celebranda. Primo trahat te ꝯscientia et remorsus delictorum sperantes per sacramentu3 quasi per hostiam placationis ab omni peccato purgari.

¶ Secundo tue infirmitatis virtus atq3 salus. vt eum quasi medicum a te voces per quem ab omni infirmitate cureris. Tertio pressura alicuius tribulationis. vt per eum qui omīa potest ab omni aduersitate citius libereris. ¶ Quarto desideriū alicuius gratie spiritualis beneficij impetrandi vt per eum cui pater nichil negare potest obtineas. ¶ Quinto gratiaru3 actio ꝓ omnibus beneficijs spiritualibus et temporalibus tibi et alijs impensis. cum nichil habeamus deo retribuere ꝓ oīb⁹ que tribuit nobis / aliud q̄3 calicē salutarꝫ accipe

et sacrificare hostiam laudis id est iesū christum. Sexto caritas et cōpassio proximorū cum p salute viuorum et requie defunctoꝝ nichil efficatius valeat q̄z xpi sanguis effus⁹ in remissionem peccatorū. ¶ Septimo laus dei et sanctorū cum non habeamus melius quo possimus deum ⁊ sanctos suos pro sua dignitate laudare q̄z xpm sacramentaliter deo patri immolare. ¶ Octauo dei amoꝛ ⁊ dilectio vt eum ad te inuites ⁊ p inuiscerationē spūalis reflectiōis ī te ipso eū delectabiliter āplectaris. ¶ Nono sitis et desideriuȝ augende caritatis xpi per augmētū gratiaꝝ ⁊ carismatū q2 hoc sacramentū fontē continet gratiaꝝ et sanctificationē et auctorem salutis dn̄m iesum xpm ideo dicitur eukaristia .i. bona gratia. Cetera vero sacramēta fluēta sunt riuuli gratiarū quib9 sācttificamur christo ardoꝛ et suspirium quo totis visceribus virtute huius excessiue caritatis dulcissime refectionis cupias sanctificari ab oī inquinamento carnis et spiritus / et eripi ab omnibus periculis et temptationib⁹ ac inseperabiliter vniri xpo saluatori et cōseruatori in amore suo. ¶ Unde inquid christus. Job .xvi. Pater quos dedisti michi volo vt vbi sum ego et illic sint mecuȝ et sint vnum sicut et nos vnum sumus. ¶ Scdo dirige mentē et debitam intentioneȝ ac propositū circa ea que agere debes scȝ deū p latriam colere. Cultus aūt latrie soli deo debetur / ⁊ est honoꝛ impensus sūmo creatori ex debito seruitutis quo obligamur non solum nostra. sed et nosipsos impēdere pro suo honore etiam morti si expedierit in recognitionem suorum beneficioꝛum et sue inmense bonitatis nobis ostense et hoc corde contrito et humiliato corpore et toto affectu ⁊ habitu gestibus et signis proferentes nos ante sue maiestatis oculos ⁊ sacrificiis et muneribus cōuenerantes referentes ad ipsum omnē spem nostram et desiderium nostrum tanq̄ȝ in finem vltimum propter quem omnia expectantes ab eo omē meritū et retributionem bonoꝛū nostroꝛum et maloꝛū secundū retributiōeȝ iusticie sue siniq; beneplacite. Aliīs autem sanctis perhibetur honoꝛ ⁊ deuotio que vocatur dulia. que nō est cultus nec adoratio sed subrogatio et inuocatio / vt sint apud deum aduocati

pro nobis et omnis reuerentia que eis impenditur propter de/
um cui sunt coniuncti exhibetur. ¶ Deus autem
debet a nobis in immensum timeri honorari et amari.
Primo ex consideratione sue omnipotentie et iusticie qua nos
iure plenissimo damnare potest et saluare. est summe timen/
dus ¶ Ex hoc enim timore oritur dolor de peccatis / pudor /
suspiria / laccrime. tonsiones pectoris / suplicationes / ieiunia
discipline / peregrinationes. et cetera huiusmodi. ¶ Secū/
do ex consideratione sue sapientie et maiestatis summe est ho/
norandus ¶ Ex hoc namqꝫ honore oritur veneratio / genu flex/
iones incuruationes prostrationes / orationes purificationes
consecrationes / munditia sacrorum vasorum / et paramentorū
ornatus et decor / festiuitates / celebritates / solemnitates lu/
minarum / cantus / psalmodie / hymnorum / lectionum. et huius/
modi ¶ Tertio ex consideratione bonitatis et clementie: est in/
finite amandus ¶ Ex hoc autem amore oriuntur gratiarum ac/
tiones laudes. hymni. benedictiones. vota sacta. intentiōes
et huiusmodi. ¶ Item intendere debes vt ex frequentia di/
uini cultus nomen dei sanctificetur in nobis. et a nobis per sā/
ctitatem vite glorificetur in mundo et crescat in orbe cultus
et honor dei vt cognoscat totus mundꝰ non esse clericos vniꝰ
veri dei et saluatoris iesu christi. ¶ Secundo intende/
re debes christi mortē memorare vt supra dictum est.
¶ Tercio intendere debes tantam ecclesiaꝫ iuuare vt preponas
deum orare pro papa / cardinalibus patriarchis. et generali/
ter pro omni gradu ecclesie. Pro regibus / ducibus / ceterisqꝫ
nobilibus viduis orphanis peregrinis captiuis afflictis de/
bilibus infirmis. Et pro omni populo dei. etiam pro paganis
scismaticis hereticis vt conuertantur ad deum verum et sācte
ecclesie vnitatem. Item in speciali orare debes pro aliquibꝰ
caris scꝫ parentibus consanguineis amicis benefactoribus et
tibi recommissis ac in tua oratione sperātibus. ¶ Item singula/
rissime pro te ipso. Unde si aliquem predictorū fideliū ꝓpter
rācorem vel odium excludis vt non sit particeps tanti bene/
ficij mortaliter peccas agens cū odio diuina misteria /

Qualiter sacerdos debet se post hec disponere et prepara
re et in celebrando se habere.

POst q̄z ruminatiōe predictorū ī meditatione sua
exardescit ignis in corde tuo euome et purga
feces peccatorū tuorū spū cōtrito et humiliato memo
rans quāta cōmisisti ꝟbo et opere ac cogitatiōe quāta bōa omi
sisti que debuisti facere et potuisti . et vadēs ad spiritualē me
dicū et patrem dic peccata tua nō ꝯmuni et generali ꝯfessiōe
vt q̊daz duri cordis facere nō verētur. palliātes solus ꝯmuni
um verboꝝ in sua generali ꝯfessione enormia peccata et absq̄
verecūdia et doloꝛe taliter proferentes vt etiā in plateis pos
sent taliter absq̄ rubore publice ꝯfiteri Hec nō est ꝯfessio sed
subrisio et derisio ac deceptio. quia si vis sanari aperi vulnera
tua et de profundo corde dic clare ⁊ aperte omnia que post p̄ce
dētem ꝯfessionem cōmisisti. Ne dum opera sed cogitationes
peruersas quarum delectatio mentem maculauit. nō solū mor//
talia sed venialia grauia que cōscientiā mordent et ledunt.
Cetera vero per modū generalē breuiter ⁊ clare exprime. De
inde peracta penitentia tibi iniūcta decanta cū deuotōe illos
quiq̄ psalmos. q̄z dilecta. ⁊c̄. cū suis versiculis et orationibꝰ
Dicas etiam si tēpus suppetit orationē illā. Sume sacerdos.
q̄ efficax ⁊ deuota ē. Post ea precedēs ad altare recollige xp̄m
euntem ad crucē/ et fige cor tuū ad ea que in passione gesta sūt
Legas clare et distincte ea que legenda sūt. nō multiplicādo
multiplices collecta. nec alia legenda ex deuotione vel ꝓprio
arbitrio aliter q̄z a sanctis patribus īstitutū est. Cum autem ꝑ
ueneris ad sanctum canonem. recollige mentē ne ꝑ diuersa va
getur et appone diligentiā magnā in signis et actibus et maio
rem in verbis. maximā vero in intentione. ¶ Primo propter
continentiam tam preciosi corporis ¶ Secundo propter cōti
nentiam diuinitatis immense. ¶ Item in memēto tam proui
uis q̄z defunctis non sit cum voce et verbis recommendatio/
sed tantum mente discurre per quasdam personas magis inti
mas. et ceteras recollige sub compendio: referens intentio/
nem ad omnes pro quibus antea orasti. siue orare promisisti.

Dum perueneris ad. Qui pridie. dirige mentem et intentio
nem ad faciendum illud quod intellexit christus in sua cena et
qđ intendit sācta mater ecclesia. In ꝯmunione aūt paulisper
subsiste. et dic non lingua aut labijs: sed corde tacito. Domi
ne iesu christe rex gloriose qui tua ineffabili begninitate per//
mittis te a me indignissimo peccatore: tractari: presertim vt p̄
sumante dn̄z oīm mittere in latrinā. siue cisternā fetidā corpo
ris mei Ut quid me fecisti: Ut tibi hāc iniuriam execrandā fa
cerē. Mille anni lacrimarꝫ et penitentie nō sufficerēt ad tam
nobile sacramērum digne semel ꝑcipiendum. Quanto magis
ego miser et indignus sum qui omni die pecco incorrigibilis
persevero: et ipreparate accedo. Sz in ifinitū est mīa tua ma
ior q̄ȝ sit mea ineffabilis miseria. ¶ Unde de tua pietate confi
sus te sumere presumo. ¶ Hec enim duo maxime requirūt ad
ꝯgruā perceptionem huius sacramēti / scȝ ꝓfunda humilitas
cū ad nichilatione sui: et ꝯpassio mortis xpi. Post ꝯmunionez
si nō sentȝ aliquā spūalē refectionē signū ē īfirmitatis spūalis
vel mortis. Ignem posuisti in sinu et non sentis calorem. mel
in ore et non sentis dulcedinem. Si ꝟo ꝯsolationem sentȝ ali
quā nō tibi attribuas sed dei bonitati qui etiā malos et indi//
gnos ꝯsolatur. Et dicas in corde tuo / ad meā miseriā detestā
dam me ꝯmunicat suis beneficijs Si michi peccatori talia fe
cit quid faciet si vitam meam correxero. ¶ Ideo totis viribus
volo me mutare et semper sibi adherere. Hoc aūt non reputes
posse tua virtute sed auxilio gratie eius. Quod nobis prestarꝫ
dignetur ipse iesus benedictus. Amen. ¶ Explicit.

¶ Sequitur oratio dicēda ad eukaristiam.

AUe viuens hostia veritas et vita.
In qua sacrifitia cuncta sunt finita.
Per te patri gloria datur infinita
Per te stat ecclesia iugiter munita
¶ Aue vas clementie scrinium dulcoris.
In quo sunt delicie celici saporis.
Ueritas substantie tota saluatoris.
Sacramentum gratie pabulum amoris:

¶ Aue manna celicū verius legali.
Datum in viaticum misero mortali.
Medicamen misticum morbo spiritali.
Morte dans catholicū vite immortali.
¶ Aue corpus domini munus eternale.
Caro iuncta numini nobile iocale.
Quod reliquid homini in memoriale.
Cum finalis termini mundo dixit vale.
¶ Aue plenum gaudium vita beatorum:
Pauperum solatium honor miserorum.
Grande priuilegium est hoc viatorum.
Quorum sacrificium est merces celorum.
¶ Aue virtus fortium obuians ruine.
Turris et presidium plebis peregrine.
Quam in sultu honestum frangere non sine.
Ne vis malingnantium pereat diuine.
¶ Hic iesu veraciter duplex est natura.
Non est parcialiter nec solum figura.
Sed essencialiter cara christi pura.
Latet integraliter breui sub clausura.
¶ Celo visibiliter caro christi sita.
Forma panis aliter latet hic vestita:
Solus nouit qualiter hanc qui potuit ita.
Potestqȝ faciliter virtus infinita.
¶ Sumptum non consumitur corpus saluatoris.
Idem totum sumitur omnibus in horis.
Forma panis frangitur dente comestoris.
Virtus carnis fugitur morsibus amoris.
¶ Christus nihil patitur huius lesionis.
Forma panis soluitur vi digestionis.
Tunc si christus queritur est in celi thronis.
Sicut vult hinc tollitur datis vite donis.
¶ Hoc ardoris calculo veni nos ignire.
Hoc amoris stimulo frange motus ire.
Et eodem ferculo quo nos vis nutrire.
Velis cordis vinculo fortiter vnire.

¶O Jesu dulcissime cibus salutaris:
Qui sic nobis intime tribui dignaris.
Mala nostra deprime fletibus amaris.
Et affectus inprime quibus delectaris.
¶Jesu viuens hostia placa maiestatem.
Sacramenti gratia confer sanitatem.
Pauperũ substãtia da eternitatem.
Domini memoria foue caritatem.
¶Uanitatem spernere fac nos cõsolator:
Hostes dona vincere christe propugnator.
Et quod doces credere iesu reparator.
Per te tandem cernere da remunerator.
¶Amen.

¶Oratio dicẽda ante missam.

Deus qui de indignis dignos. de peccatoribus iustos: de inmundis mũdos facis. munda cor et corp⁹ meũ ab oĩ cogitatiõe ꝛ sorde peccati. et fac me dignũ altaribꝫ tuis ministrũ et cõcede propici⁹ vt in hoc sacro altari ad qd indign⁹ accedo hostias acceptabiles offerã pietati tue pro peccatis et offensionibus meis. ꝛ innumeris qt tidianisqꝫ excessib⁹. et ꝓ oĩbꝫ hic circũstãtib⁹ vniũsisqꝫ michi familiaritate et affinitate coniunctis: atqꝫ me odio aliquo in-sectantibus et aduersantibus: cunctisqꝫ fidelib⁹ christianis viuis et mortuis. et per eũ sit tibi meũ votum atqꝫ sacrificiuꝫ acceptabile qui se tibi deo patri obtulit ĩ sacrificiũ ies⁹ crist⁹ filius tuus dominus noster. Qui tecum viuit et.

¶Oratio dicẽda post missam.

Omnipotẽs sẽpit̃ne deus iesu xp̃e dñe esto ꝑpici⁹ peccatis meis ꝑ assũptiõẽꝫ corporꝫ ꝛ sãguĩs tui. Tu enĩ loquẽs dixisti. Qui mãducat meã carnẽ ꝛ bibit meũ sanguinẽ ĩ me manet et ego in eo: ideo te suplex dep̃cor vt ĩ me cor mũdũ crees: ꝛ spi-ritũ rectũ ĩ visceribus meis innoues: ꝛ spiritu p̃ricipali me cõfirmare digneris atqꝫ ab oĩbꝫ ĩsidijs dyaboli. ac vitijs emundes: vt gaudiorꝫ celestiũ merear eẽ ꝑticipes. Qui viuis ꝛ.



